

Auspicio summi eluxit  
nunc numinis illa  
perqvam festa dies  
multum celebrand...

Bruzelius, Nils,

*F1700 Fol. Okat Verser och tal,  
Univ. inkl. Promotioner*



National Library  
of Sweden



aspicio summi eluxit nunc Numinis illa  
Perquam festa dies multum celebranda per ædum,  
Dum sic pulcra suis hæc munera digna labore  
Distribuit merito cultoribus ipsa Minerva;  
Artibus ingenuis animum quia semper habebant  
Intentum ut decuit pulcros Heliconis Alumnos.  
Propria sic semper virtuti præmia constant  
Atque suis constat meritis laus, cultus, honosque  
Doctrinam sequitur fama, ut corpus comitatur  
Umbra, & splendida lux solem non usque relinquit:  
Sumite nunc igitur latantes omine fausto  
Præmia, quæ meruit virtus conjuncta labore  
Doctorum dico redolentia laurea ferta;  
Quæ cingunt frontes digitos quique Annulus ornat.  
O vos felices, multum Salvete Magistri,  
Gratulor insigne, & præclarum nomen honoris  
Faustis ut liceat vobis per Nestoris annos  
Vivere, dum capiant vos tandem gaudia cæli!

NICOLAUS BRUZELIUS,

Wex: Smol,



Uncta sepulta jacent spissæ sub tempore brumæ,  
At reparant vitam, veniunt cum tempora veris,  
Nunc apis alma capit sub frigore fessa quietem,  
Cum tellus renovat spoliatos floris honores,  
Dulce sibi reparat mel quod de floribus haurit,  
Scilicet ut vivat cum tempora dura propinquant.  
Tu quoque digna cohors, Tu divæ sacra Minervæ,  
In nivibus gelidis Tu semper delituiſti,  
Sed vere instanti cœlique favente tepore,  
Quod Sophiæ, ut notum, suxiſti dulcia mella,  
Accipe nunc acto quæ præmia digna labore,  
Turba novena refert & tanto surge triumpho.  
Jamque tribus grator, Vobis & gaudeo multum,  
Quod nunc adcreſcat cumulus ſat clarus honoris,  
Concedat Vobis Superûm felicia fata,  
Rector fiderea tandem quoque collocet arce.

*Causone laborans hincq̄ tremulus  
adjecit*

NICOLAUS RJEFBERG.

Wex: Smol.

